

4

DISPUTATIO TERTIA,
QUA
A C T A
S. APOSTOLORVM
EX SCRIPTORIBUS ANTIQUIS.
SACRO-PROFANIS, MAXIME EX PA-
TRIBUS ECCLESIASTICIS ET AUCTORIBUS
CLASSICIS GRÆCO-ROMANIS
ILLUSTRATA,

JOAN. CASP. SANTOROCCUS,
Profess. Ordin. Antiquit. Græco-Romanarum, Pæ-
dagogearch, & h. t. Facult. suæ Decan.

P R A E S E S,
ET
JOANNES KNOBEL,
Eschwega-Hassus.
R E S P O N D E N S.

Publica & placida Dnn. Commilit. disquisitioni h. l. f.
ad diem 16. Decembr. MDCCXII.
subjicunt.

MARBURGI CATTORUM,
Typis JOANNIS KURSNERI, Acad. Typogr.

VIRIS
Plurimum Reverendis, Clarissimis atque Doctissimis,
DN. JOANN. LAURENIO Ludolff/

Ecclesiae, quæ Eschvvegæ Christo colligitur, Pastori Primario,
eiusdemque ut & vicina Dioecesos Metropolitano vigilantissimo.

DN. HIERON. WEYHARDO Dircks/
Ecclesiae Eschvvecensis Pastori facundissimo, meritissimo.

DN. JOAN. BERNHARDO Echhard/
Ecclesiae Eschvvecensis Diacono Fidelissimo, Dignissimo.

NEC NON

Viris Nobilissimis, Spectatissimis ac Prudentissimis.

DN. JOAN. JACOBO Bayer/ Medicinae Doctori Famigeratissimo, Experientissimo, Reipublicæque
Eschvvecensis Consuli prudentissimo, integerrimo.

DN. JOAN. GEORGIO Diede/ Reipublicæ laudatae Consuli spectatissimo, optumo.
Reliquisque CONSULARIBUS ac singulis ordinis Senatorii MEM-
BRIS meritissimis.

Dominis Mecenatibus, Evergetis, Patronis, Studiorum
Promotoribus atque Fautoribus suis,

*Hocce observantie monimen-
tum obsequiose offere*

JOANNES Knobel
Respondens.

J. N. D. A.
DISPUTATIO TERTIA,

ACTA SANCT. APOSTOLORUM

Ex scriptoribus antiquis, sacro - profanis maximè ex Patribus
ecclesiast. & Auctori classicis Graeco-Rom. illustrantur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ. A. I.

VERS. II.

Versio vulgarata Latina.

Ἄλλοι δὲ ἡγέτες ἐντελάμενοι. || Usque in diem, quā præcipi-
tōis Ἀποσόλους, οὐδὲ πανύμετρον. || ens Apostolis per Spiritum san-
ctūm εἰς ἔξελέξατο, αἰσθάνθη. || etum; quos elegit, assumptus est.

PRÆMONITA.

§. I.

PRÆFATIUNCULA illa, cuius partem integrō versu priori
h. C. in secunda disputatione nuper peregrinavimus,
jam interius ab auctore sequentibus versibus 2. & 3.
pertexit. Vera itaque est (a) Erasmi sententia di-
centis; *Solus Lucas & prefatur operi suo, & nominatim dicat libros*
suos. Nobis autem hac vice animus est solum versum secundum
illustrandum suscipere, in quo scilicet relatum legimus, Jesum
Christum vita suæ tempore in his terris occupatum fuisse inter
alia, ut præcipue.

I. Apostolos per Spiritum sanctum elegit; *his verbis:* οὐδὲ
πανύμετρον εἰς (scil. Ἀποσόλους) ἔξελέξατο, i. e. quos Aposto-
los per Spiritum sanctum elegit. II. Ut iisdem Apostolis præ-
cepta dederit; *his verbis:* ἀλλοι δὲ ἡγέτες εἰς ἔξελέξα-
to. III. Ut id peregerit usque ad eum
diem, quo sursum receptus est; *his verbis:* εἴχει δὲ ἡγέτες αἰσθάνθη,
i. e. ad eum usque diem, quo sursum receptus est.

§. II. Tria igitur diversa hujus nostræ dissertationis membra,
respectu videlicet triplicis illius divisionis constituemus. Antequam

A 2

vero

(a) Erasmus not. in Nov. Test. Grac. Luc. I. v. l.

ACTA APOSTOLORUM

XII. 11. v. 1.

verò hæc ipsa pertractanda aggrediamur, primò versus hic secundus apud Criticorum filios admodum vexatus per certa quædam distinctionis signa in clariorem ordinem redigendus videtur. Nec etiam sine causa seu temere id fieri censemendum: quem enim, qui non plane experts studii critici existit, fugit, interpunkcionem hujus versus 2di diversimode institui?

S. II. Alii hæc verba δια πνεύματος αγίου, referunt ad partium εὐαγγελίου: hoc modo legentes εὐαγγελίου τοῖς Αποστόλοις δια πνεύματος αγίου, ut ἐξαλέξατο, i.e. cum per Spiritum sanctum præcepta dedisset Apostoli, quos elegit. (*b*) Alii autem aliter mandunt disponere, dum dicta verba; δια πνεύματος αγίου ad verbum ἐξαλέξατο referunt legentes: εὐαγγελίου τοῖς Αποστόλοις, δια πνεύματος αγίου: ἐξαλέξατο, i.e. cum præcepta dedisset Apostolis, quos per Spiritum sanctum elegit. Atque ex his appareat varians illa hujus versus interpunkcio. Relinquendum quidem est unicuique libera dijudicandi facultas, verum quid verat eorum eligere interpunkcionem, qua mediante verba hæc δια πνεύματος αγίου ad verbum ἐξαλέξατο referenda existimamus? Rationes, que nos juvent hanc præ illa amplecti, sunt in promptis; nec nimis longinquæ & anxie quæstia. (*I.*) Nos movere primò auctoritas duriorum veteriorum codicum, (quorum mentionem injicit (*c*) Beza) ubi distinctio post vocabulum Αποστόλοι scribitur, sic, ut hac verba δια πνεύματος αγίου non ad præcedens partium εὐαγγελίου, sed ad sequens verbum ἐξαλέξατο pertineant. (*II.*) Secundo nos movente Versiones Syriaca, Arabicæ &c. Ethiopia, quæ similem vocum feriem hoc in versu sine trajectione ordinârunt, ita, ut, si ad mentem horum interpretum exortorū hunc nostrum versu in ordinem redigere velimus, sequens dispositio prodire debeat: Αγεὶ δια πνεύματος αγίου, εὐαγγελίου τοῖς Αποστόλοις, ut ἐξαλέξατο δια πνεύματος αγίου, i.e. Ad eum usque diem quo sumus recepti est, cum mandata dedisset Apostolis, quos elegerat per Spiritum sanctum. Tantum de critico hujus versus ordine. Præparamus jam ad ipsa nobis proposita membra illustranda. *Vid. S. I. Premon.*

(b) Augustinus, Stephanus, Beza, Syrus & Arabs interpres &c.

(c) Th. Beza in Nov. Test. Cap. I. Act. v. 2. pagi 293.

SANCTORUM ILLUSTRATA.

MEMBRUM **DISSERTATIONIS TERTIA.**

Quamcum ad primum membrum (vide §. i. in Primo-
nit. Disput. ill.) hujus dissertationis, id contineat ELE-
CTIONEM APOSTOLORUM his verbis: *διαβιβάσας οὐτούς (scil. Απόστολος) εἰς Ελλάσαν*; i. e.
quos APOSTOLOS per Spiritum sanctum elegit. Loquitur
hic textus I. de APOSTOLIS, quod vocabulum, sicut in vulgus
notum est, latet sub articulo postpositivo scil. II. Dicitur eosdem
per Spiritum sanctum electos esse. Differendum itaque nobis est

I. De Apostolis.

II. De Electione Apostolorum.

III. De Spiritu sancto, per quem electi.

I. De APOSTOLIS primò in genere, deinde in specie
tractabimus. In genere monemus vocabulum *Απόστολος* ab
De Aposto-
Αποστόλον, i. e. cum autoritate & potestate mittere, modò ad-
jective, modo substantivè usurpari. I. Adjective; ex gr. apud
(d) Platonem legimus: *ἴγε δέ εἰ τοῖς ΑΠΟΣΤΟΛΟΙΣ πάθοις*
μηδὲ διανοῦντι πάθον, i. e. ego enim ascendens navigia dimissoria
navigare statuebam. II. Substantivè; idque sapius & frequen-
tius. Liquet autem ex communi Gracorum usu vocabulum
Απόστολος, substantivè possum latissimò sensu tribui omnibus iis
qui vel deferendi nuncii, vel gerendi negotii causa aliquo able-
gabantur. Ita Imperator exercitus, qui expeditioni navalì pre-
ficeribatur, (e) dicebatur *Απόστολος*. Adde, idem hoc vo-
cabulum in simili lata significacione occurrere interdum apud scri-
ptores sacros: ex gr. fratres ab ecclesiis ad eleemosynas colligen-
das missi appellabantur *Απόστολοι*, illarum nempe eccliarum, a
quibus ablegati, 2. Corinthi VIII. v. 23. Ad quem locum inspicien-

A 3 basilli endracte eti duc

(d) Plato Epist. VII. (e) H. Stephan. Thes. Græc. ling.
ex Hesychio Tom. III. pag. 999. in voc. *Απόστολος*.

ACTA APOSTOLORUM

Eph. 4. 1. v. 2.

das Theophylactus ita scribens: "ΑΠΟΣΤΟΛΟΙ εκπαντοῦνται τοῖς
υἱῷ εἰκασίᾳ τημένοις καὶ χειροτονεότες", i.e. APOSTOLI ec-
clesiarum, hoc est ab ecclesis missi & electi, vel designati & ordina-
ti. Accedit insuper Theophylacto (f) Euchenius, quando in-
quit: ΑΠΟΣΤΟΛΟΣ secundum vocis originem ἀνθρώποις signifi-
cat missam. Hinc, qui Graecè dictus Απόστολος, is Hebraicē Πέτρος
& Latinē missus dicendus. Atque in lato hoc sensu omnes ii Α-
πόστολοι appellantur, quos alii vocant Apostolos secundos, qui qua-
si coadjutores & σύνεργοι fuerent Apostolorum primorum, de qui-
bus mox plena sumus manu accuti. Ejusmodi fuerunt Paulo Te-
moneus, Titus, Linus, Clemens & Epaphroditus.

II. De Apo- §. III. Quamvis verò Απόστολον nomen adeò latè usurpetur
stolis in spe de omnibus iis, qui cum potestate & auctoritate aliqua απόστολο-
vatis, miscuntur, nullum tamen dubium, quin in specie peculiariter
h. εἴδην duodecim illi Christi discipuli, quorum nomina apud
(g.) Matthaeum exstant, quique fidem Christianam albis victori-
e quadrigis (ut licet ita loqui) in omnes gentes & barbarorum
novissimas invehere deberent, præ aliis cum emphasi appellan-
di sunt Απόστολοι; hos enim ipse (h.) Salvator emphatica voce
ἀνέφασεν Απόστολον. De hoc audiamus (i.) Eusebium: Οχιτέροις
inquit, διάδεκτα Απόστολος επακαλεῖται, οὐ τοις μόνος τῶν αὐτῶν εὐ-
τυπωτισματά τι γέγονεν ἐξαγέτος, Απόστολος ἀνθρώποις, i.e. Christus
Duodecim vocat APOSTOLOS, quos etiam NB solos inter reli-
quos suos discipulos secundum eximium quandam honorem A-
POSTOLOS nominavit. Idem quoque cum Eusebio sentit

(f) Euchenius Hom. II. in Natali unius Martyris.

(g.) Matth. X. v. 2, 3, 4. Duodecim a. Apostolorum nomina sunt
hæc. Primus Simon, qui dicitur Petrus & (g.) Andreas frater
ejus (3.) Jacobus Zebedai, & (4.) Iohannes frater ejus, (5.) Phi-
lippus & (6.) Bartholomaeus, (7.) & (8.) Matthæus publican-
mus, (9.) Jacobus Alphæi, & (10.) Thaddæus, (11.) Simon
Cananeus, & (12.) Judas Iscariotes.

(h.) Lucr. VI. Cap. v. 13.

(i.) Eusebi. Histori. Ecclesi. Lib. I. Cap. X. p. 8. B.

SANCTORUM ILLUSTRATA.

& repetit (k.) *Nicephorus Callistus*. Ex numero horum Apostolorum duodenario exedit quidem *Iudas Iscariotes*, sed in ejus locum alius nempe (l.) *Marias* fuit electus. Præterea etiam (m.) *D. Paulus* [*] Apostolus ille gentium, [**] non inferior summis Apostolis, à Jesu Christo post ejus in calum ad cœlum ascensionem ad munus Apostolicum extra illum numerum duodenarium cooptatus fuit. Proinde ipse (n.) vocat δέλον Ἰησοῦ χριστοῦ καλούτον Ἀπόστολον, ἀφορισμένον τοις εὐαγγελίον Θεοῦ. Item (o.) καλούτον Ἀπόστολον Ἰησοῦ χριστοῦ διὰ δεκάπεντον Θεοῦ. Et (p.) alibi non sine singulari quadam emphasi scribit, se esse APOSTOLUM non ab hominibus, neque per hominem, sed per Iesum Christum & Deum Patrem. De [***] Barnaba numero Apostolorum iudicavit & emphaticè sic dictorum inferendo nihil jam habemus, quod dicamus, quippe hac de re differendi dabitur locus infra Act. XII. v. 2. ut & Act. XIV. v. 14. Properandum jam nobis est, ad ea, quæ dicenda restant.

§. IV. Postquam itaque in genere & specie §. II. & §. III. Membrum. l. de APOSTOLIS differuimus, queritur, quos textus noster Spesialior tractatio de hic per Ἀπόστολον intelligat. Hoc ut eruamus, non est opus al- Apostolis. tiori indagine: Loquitur enim hic procul dubio Lucas in specie de venerabilibus illis Ecclesiastici Senatus duodecim vel potius undecimq[ue], qui hujus Capitis versu XLI. nominatum proferuntur, in quorum confortium postea §. 26. *Marias* fuit assumta. Hinenim, ut §. III. dictum, in specie & iubatu[m] appellandi sunt APO-

STOLI.

(k.) *Nicephor. Callist Hist. Eccles. Lib. I. Cap. XXI. pag. 92.*

(l.) *Auctor. I. v. 26. (m.) Act. IX. v. 26. (n.) v. 27. (o.) v. 28.*

[*] *Act. IX. v. 15. Galat. II. v. 9. I. Timoth. II. v. 7. II. Cor. XI. v. 12.*

[**] *III. Corinth. XI. v. 5.*

(p.) *Rom. I. v. 1. (a.) I. Corinth. I. v. 1.*

(p.) *Galat. I. v. 1. [***] Barnabam numero huic Apostolorum ad- jiciunt ex eo, quod scriptum est Act. 13. 2. & 14. 15. Ast (ut cum Viro docto loquamur) quia non satis constat, Barnabam im- mediò spiritu S. afflatu docuisse, & in docendo infallibilem fuisse, is vix ad illum primum ordinem Apostolorum referri poterit.*

Lepidus. 1. v. 2.

ACTA APOSTOLORUM

- STOLI. De his ergo specialiora quaedam in subsequentibus
anno & tenda putantur, judicamus, ut pateat, quid ad has sex que-
stiones in hoc paragrapto quarto propositas sit respondentium.
- I. Quæstio esto: *Quis sit auctor dignitatis Apostolica?*
- II. Quæstio. *Quæ definitio Apostoli, & quodnam nominis
Apostolici decus?*
- III. Quæstio. *Quæ Apostolorum divitiae, potestas & gloria?*
- IV. Quæstio. *Quare Christus duodenarium Apostolorum
numerum elegerit?*
- V. Quæstio. *Quare Salvator ad Apostolicum munus homines
eosq; plebejos constituerit?*
- VI. Quæstio. *Quibus in deliciis Apostoli apud Christum, &
apud S. Patres fuerint?*

Q. I. *Quis s. V.* Quis sit primus fundator & AUCTOR DIGNITA-
anctor di- TIS APOSTOLICÆ, neminem S. literarum gnarum fugere po-
gnitatis A-test, si modò v. 13. Cap. 6. Evangelii Lucæ, ut & alia loca plura
Apostolica? evolverit. Christus enim est ὁ ἀπόστολος ὁ σέμιας δι τοῦ ἀ-
πόστολος λαζανίου χριστοῦ ἡ ἀποστολὴ τοῖς πιστοῖς τοῖς ἔθνεσιν πέπει τοὺς ὄντος αὐτοῦ, Christus, inquam est, qui adhuc
in terris agens Apostolos immediate vocatos peculiariter instru-
xit, iisque largitus fuit amplissimam auctoritatem Ecclesiam
Christianam fundandi, constituendi, verbō scriptisque docendi.

Q. II. *Qua s. VI.* Quærentibus, quænam sit DEFINITIO APOSTOLI,
definitio A-respondemus, eam quidem peti posse ex præced. s. 2. & 3. Membr. l.
postoli, & pag. 5. 7. verum etiā (q.) Paulum esse audiendū svadēm⁹, qui Apo-
quodnam stolum optimè ita definit: *Apostolus est servus Iesu Christi voca-
nominis A-tus & separatus ad prædicandum Evangelium Dei.* Brevis qui-
postolice de-dem, sed emphatica & plana definitio Apostoli. Hic multa titulo-
cūs? rum pompa non conspicitur, nec Reverendissimus, nec maximè
Venerandus additur. Nequaquam enim ὁ ἀπόστολος est nomen
dignitatis, sicut *Cardinalis a latere. & Nuncius Apostolicus*.

(q.) Roman Cap. 1. v. 1.

Eiusmodi fccos Christus in ecclesia sua non instituit. apostolus ait. NB servus domini sui Jesus Christi qui ecclœ Dominis suis & Dei preesse debet. DECUS NOMINIS APOSTOLICI sic cupis percipere audi iterum (r.) Paulum dicentem: per evanđia euār tō oīo i. Clariſſi bona fragrantia ſum Deo. Decus profecto omnia triumphalis pompa insignia & elogia ſuperans.

¶ VII. Si noſce cupis DIVITIAS APOSTOLORUM, ſcias, Q. III. Quæ cas non fuſſe acervos aris & auris avaros dubiis ſorribus, ſordibusque nefandis congeſtos. Minime illos (ut cum (f) Poëta loquuntur) — nimia congeſta pecunia cura — Strangulabat —

Notanda ergo ſunt verba (t.) Petri dicentis: Argentum & aurum non eſt mibi: quod autem habeo, hoc tibi do; in nomine Iesu Christi Nazarei: ſurge & ambula. POTESTAS Apostolorum fuit plus quam regia, quam Servatore, Rege noſtro aeterno accepert. Gratiam, inquit (u.) Paulus Apostolus, habeo illi, qui me ROBUSTUM effecit, id est, Christo Iesu Domino noſtro: quod me fidum duxerit, ut pote quem in ministerio conſtituerit. Et alibi idem ait: Omnia poſſum in eo, qui me conforat. Vis denique audire, quæ GLORIA Apostolica? Ea fuit immensa & perquam ſolida. Nam, inquit idem (v.) Paulus, que eſt noſtra ſpes, aut gaudium, aut corona, de qua GLORIER? annor & vos in conſpectu Domini noſtri Iesu Christi in ejus adventu? Vos enim eſtis GLORIA noſtra & gaudium.

¶ VIII. Cur Salvatori mundi, Domino noſtro Iesu Christo, re Christus placuerit, DUODENARIUM ELIGERE NUMERUM APOSTOLORUM, nimis curiosè diſquirere, non quidem conuenit, um Apoſtorum verum enim verò, cum multi varie de hoc numero ſentiant, paullorum numerum ele-

[r.] 2. ad Corinth. II. 15. [s.] D. J. Juvenal. Satyr. X. v. 12. & 13. gerit?

t.] Actor. Cap. III. v. 6.

u.] 1. Timoth. Cap. I. v. 12.

v.] 1. Thesfal. II. v. 19. & 20. Confer, 2. ad Corinth. X. v. 17. & 18.

ACTA APOSTOLORUM

R. d. 1. v. 2.

ea ex multis in medium proferre licet. (v.) D. A. Augustinus numeri hujus rationem in eo constitisse putat, quia [inquit] quatuor sunt orbis partes, & totus orbis in Evangelio vocabatur, unde quatuor Evangelia sunt scripta, & totus orbis in nomine Triumatis vocabatur, ut congregetur Ecclesia: Quatuor ter duodecim sunt. (x.) Alii ideo numerum duodenarium electum suisse existimant, quod duodecim tintinnabula in vestitu summi Pontificis pendentes adumbraverint duodecim Apostolos. (y.) Alii ad partes Augustini accedunt quidem, simul autem ad cursum solis per duodecim Zodiaci signa respicent, Quantum ad (z.) Tertulliani sententiam, ille judice Montacutio proprius ad rem accedit. Ex hoc, sribit, Christum interpretari possum: non tam vocibus Prophetarum, sed & argumentis rerum practicarum. Huius enim numeri figurae apud Creatorem deprehendo. Duodecim [scil. deprehendo] fontes Erim: Duodecim gemmas in tunica sacerdotali Aarons: Duodecim lapides a Joshua de Jordane electos & in arcam testamentis conditos. Totidem [ergo pergit] etiam Apostoli pretendebantur, proinde ut FONTES irrigatur aridum orbem: ut GEMME & illuminatur lacram Ecclesie vestem, quam induit Christus Pontifex Patis: ut LAPIDES solidi fidei, quos de lavacro Jordani Christus verus elegit, & in sacramenta testamento sui recepi. Ingeniosi sat, ut videtur, Tertullianus hic fuit philosophatus. Huic quoque plures (a.) aliorum senten-

(v.) D. A. August. Enarrat. in Pas. 103. T. 8. Ed. Paris. A. 1541.

[x.] Alii, inter quos Coryphens existit Justinus Martyr. Sugillatus capropter à Philone de Profugis.

[y.] Alii, inter quos caput & Dux BEATA.

[z.] Tertullianus judice Montacutio Lib. IV. contr. Marc.

(a.) Aliorum: nam ali propter duodecim exploratores terrae Canaan: ali propter duodecim leunculos in throno Salomonis: ali propter duodecim prophetas XII. Apostolos electos existimant. Alii huc referunt quoque XII. boves mare æneum à Salo-

Salo-

SANCTORUM ILLUSTRATA.

sententias facili operâ referre, si voluope foret, possemus, sed ne quid nimis. Quod si quis & nostram velit expiscari sententiam, sciat, nos neque Augustini & Jutini Martyris, neque Bedæ & Tertulliani, neque etiam aliorum conjecturis velle omnem planè fidem derogare. Sit fides penes auctores. Nobis autem, qui dicimus,

No sis additus, jurare in verba Magistri,
 licet liberè numerum illum Apostolorum duodenarium interpretari. Sicut duodecim fuerunt sub veteri Testamento PATRI-ARCHÆ, filii Jacobi populum Dei electum Israëliticum in duodecim tribus divisum proeminentes; ita Christus per duodecim viros Apostolicos populum suum Christianum propagare & dilatare sub Nov. Test. voluit. Equis impedit, quoniam hæc conjectura appareat aliquo modò verisimilis? Nonne enim (b.) Salvator ipse ex parte videtur eo alludere dicens: *Sedebitis vos etiam (scil. &) Apostoli in thronis DUODECIM, iudicium ferentes de DUODECIM tribubus Israëlis?* Cui autem hæc non statim obvia, aeat (c.) Auctorem Apocalypses, qui hanc rem pleniori manu in descriptione novæ Hierosolymæ exequi videtur. Postquam enim de XII. portis, de XII. angelis, deque XII. tribuum nominibus (d.) locutus, (e.) paulò post ita inquit: *& murus urbis [scil. Hierosolymæ novæ] habebat fundamenta DUODECIM, in quibus erant DUODECIM nomina Apostolorum Agni.* Placuit itaque Christo capiti & Regi nostro sub Nov. Testam. Apostolos DUODECIM Ecclesiæ Christianæ quasi architectos constitutere, qui numerus & qualis numero Patriarcharum, qui sub vct. Test. Ecclesiæ Judaicæ exsisterunt conditores. Nec sine causa (f.) additur:

B 2

habe-

Salomone ædificatum portantes: è quibus tres Aquilonem respiciebant: tres Meridiem: tres Occidentem: tres Orientem, quasi in omnes mundi plagas essent destinati: & baptisterium illud in illas deportarent.

[b.] Matth. XIX. v. 28.

[c.] Apocal. Cap. XXI. (d.) Apocal. XXI. 12. [e.] Apocal. XXI. 14.

(f.) Apocal. XXI. v. 14.

ACTA APOSTOLORUM.

Klo. d. I. v. 20

babebat [scil. murus gloriose illius sanctæ urbis] **FUNDAMENTA DUODECIM**, in quibus erant **DUODECIM APOSTOLORUM nomina**; quem enim fugere potest, Ecclesia Christianæ fundamenta per doctrinam *Apostolorum* in omnibus fere orbis terrarum plagiis & regionibus esse posita? Proinde Apostolos (g.) Augustinus rectissimè vocavit **FIRMAMENTA & COLUMNAS ECCLESIAE**: Item (h.) PORTAS duodecim Hierosolymæ, quia per ipsos [scil. Apostolos] intramus in regnum Dei. Predicant enim, pergit, nobis, & cum per ipsos intramus, per Christum intramus, ipse est enim janua. Et cum dicuntur XII. porta Hierusalem, & una porta Christus, & XII. porta Christus, quia in XII. portis Christus. Et ideo duodenarius numerus Apostolorum,

Q.V. Qua- §. IX. Ad questionem V. quæ sequitur, nempe quare Christus Salvator stus ad Apostolicum munus voluerit eligere homines, & non solum ad Apostolum homines, verum etiam plebejos, illiteratos, & humili loconaticum munitos, elegantissime respondent S. Patres, quos audimus. Cur nus homines Salvator mundi Apostolos homines esse volverit, exponitur à (i.) nes, eosque Basilio Seleucensi: *Ἄρθρων ὥρας*, inquit, *διεράπονται παιδινίας* plebejos *κατοικίασσον, ἵνα τῷ διυλῳ οὐ πλέονται καθηγητές*. *Ἐγκαυγόντων* πονηρῶν τῷ κοινωνὶ τῷ πατέρι φιλανθρωπιας πρὸς τῷ διδασκαλίᾳ προσπίζον, i.e. Cum homines essent, [scil. Apostoli] ut hominum informatores essent, ordinavit, quo sic ipsi quoque peccatoe obnoxii, doctores essent misericordes. & ob afflictionum similitudinem humanitatem cum doctrina conjungerent. Cur autem in numerum Apostolorum homines plebeji, illiterati, humili loco nati, piseatores &c. a Christo sint cooptati, docet (k) Origenes: *Ὄμοια δὲ καὶ τῶν Ἰουν διὰ τοῦ βεβλῶνται δέδουσιν τὸ δέγματος χρηματούσι, ἵνα μηδεὶς πέντε εὐχαριστίας ἴνδιανα πιθανών σφισμάτων αἴματάς δὲ τούς δικεῖται. Διαράφενος εμφανίσται, ὅτι τὸ ἄδολον τῆς πρᾶς*

a 156.

(g.) D. A. Augustin, Tom. II. de gratia Nov. Test. pag. 123. A. Edit. Paris. An. 1541.

(h.) Idem Augustin, Tom. VIII. Enarratio in Psal. 86. pag. 209. D.

(i.) Basil. Seleucens. Orat. 28. pag. 152.

(k.) Origen. Lib. 3. contra Celsum. pag. 135.

εγένετο τὸν γραφάτων ἐχθρὸν πολὺ τὸν οὐρανόν τοῦ θεοῦ ὑπαράστατον αἰφελές,
καὶ ἀπὸ διατομές δυτίας, πολλῷ μᾶλλον διεύσης, πάπερ ἀνύσιον δινα-
δαι δοκεῖ περιβολὴ λόγων, τοῦτο δέξεσθαι σύνδεσις νοῆ μετὰ διαρροῶν
καὶ τεχνούσις ἐπινοῆς ἀκολυθία, i.e. Opinor a. & Iesum ideo vo-
luisse uti talibus dogmatum suorum doctoribus, ne quem locum ha-
beret suspicio, quasi artibus essent instruti sophistis: sed eviden-
ter intelligi posset, nihil fuci latuisse in animo tantā [ut ita dicam] ¹
simplicitate scribentium, ac proinde dignorum, quibus scribenti-
bus adesse divinus Spiritus, multo efficacior quam sint iste Graco-
rum artes, discendi copia, elocutionis ornamenta, divisionis dispo-
sitionisq. artificium, & hujusmodi cetera. Origeni accedit (l)
Augustinus dicens: In eruditos liberalibus disciplinis, & omni-
nō quantum ad istorum doctrinas attingit, impolitos, non peritos
Grammaticā, non armatos Dialetticā, non Rhetoricā inflatos, pi-
scatores Christus cum rebus misit, atque ita ex omni genere tan-
multos pīces, & rāto mirabiliores, quanto rariiores, etiam ipsos
Philosophos cepit. (m) Idem alibi redditatem, quare Christus
id fecerit, quando ita inquit: Elegit (scil. Christus) discipulos,
quos Apostolos nominavit humiliatos, in honore rotos, ut quic-
quid magnum essent & facerent, ipse in iis esset & faceret. Huc
quoque referendum, id, quod (n) idem Hipponeus Episcopus ad
Corinthi I, v. 26. & 27. adjicit: Et ne quilibet persona gloriar-
etur in carne, infirmos elegit scil. Dominus Deus noster Iesus Christus.
Tantum de responsione ad V. questionem ex S. Patribus de-
promtā.

¶. X. De quaestione quinta supra proposita haec tenus, nunc ad Q VI. Qui-
sextam & ultimam quaestionem, quā queritur, quibus in deliciis bus in de-
Apostoli & apud Christum; & apud S. Patres fuerint, transibimus, licet Apo-
Atque primō ex sacr. literis abundē patet, Apostolos apud Christi apud

B 3

stum Christum,

(l) D. A. Augustinus de Civit. Dei Tom. V. Cap. 5. Lib. 22. pag. 208. C. apud S. Patre.

(m) D. A. Augustin. de Civit. Dei. Lib. 18. Cap. 49. pag. 174. fuerit

[n] D. A. Augustin. Enarrat. in Psal. LXV. pag. 147. B. L. Tom. VIII.

ACTA APOSTOLORUM

Klo. d. 1. v. 2.

14. *stum in magnis fuisse deliciis.* Probant id inter alia argumenta nomina mellitissima & suavissima, quibus Apostoli fuerunt maxime conspicui: modò enim Christus cosdem vocat [o] SUOS, patre celestib[us] datos: modò [p] FILIOLOS: modò [q] AMPYCOS & [r] FRATRES &c. &c. que omnia utpote nomina mellitæ suavitatis plenissima, clarissimè innuunt, Apostolos non in minimis fuisse apud Dn. nostrum Jesum Christum delictis. Secundò nec etiam Apostoli in minoribus fuerunt deliciis: & dignitatibus habiti apud S. Patres. Perquam sanè magnifica sunt verba [s] D. J. Chrysostomi, aurci illius oris: sunt, ait, *Apostoli à Deo constituti: Principes, quinon gentes aliquas, aut urbes diversas regendas acceperint, sed quorum fidei orbis terrarum in commune fuit concretitus.* Imo [t] addit: *Apostolatus inter spirituales dignitates est ὑπαρχία πνευματικόν, Consulatus πνευματικός,* i.e. supra omnes alias functiones ita eminet, uti potestis consulaturis supra civiles Magistratus. Ideò quoque porrò eundem scil. *Apostolatum* vocat ἀρχὴν πνευματικού τάπω, itemque ἀρχὴν ἀρχῶν, & præterea τὸν πνευματικὸν ἀρχῶν περιλήπτην καὶ γέζαν, καὶ ὑπόθεσιν. Plures si quis honorum titulos, [ut ita loquamur] scire cupiat, consulat (u) Tertullianum, qui Apostolos vocat *Magistros nationibus destinatos.* Evolvatur *Augustinus*, qui perquam honorificè de Apostolis sentit. Huic enim illi sunt (v) lumen mundi, (vv) firmamenta & columna Ecclesiæ, (x) Patres, (y) cœli, (z) collecti.

- (o) Joan. Evangel. xvi 1, v. 6. 9. 24. Item Cap. xviii. v. 9.
- (p) Joan. Cap. xiii. v. 33. (q) Joan. Cap. xv. v. 14. 15.
- (r) Matth. Cap. xxviii. v. 10. Joan. Cap. xx. v. 17.
- (s) D. J. Chrysostom, in Homilia quadam Edit. Savil. Tom. viii. pag. 110, (t) Idem D. J. Chrysostom, in eadem Homilia.
- (u) Tertullian, Lib. de prescript. advers. Hæret. Cap. 20. pag. 206.
- (v) D. A. Augustini. Tom. II. pag. 120. F.
- (vv) Idem Tom. II. pag. 123. A. (x) Idem Tom. VIII. p. 91. E.
- (y) Idem Tom. IV. pag. 89. H. (z) Idem Tom. VIII. p. 146. G.

colles, [a] Principes, [b] XII. porta Hierosalem, [c] mones, [d] Iudices, [e] sal terre, [f] lapides pretiosi, [g] ossa Dei, [h] manus Christi &c. &c. Quare ex (i) S. Hieronymo, quinam fuerint Apostoli? Fuerunt, respondebit, ô Ecclesia, Apostoli PATRES tui, quia ipsi te genuerunt. Plura alia Apostolorum nomina in S. Patrum voluminibus hoc spectantia proferre angustiores hujus dissertationis limites prohibent. Addatur tamen coronidis loco Ignatius, à quo Apostoli [k] cōtra Christū & [l] sūoi rē abōus non sine emphasi appellantur. Atque ex his videre licet, in quantis deliciis Apostoli apud S. Patres fuerint habiti. Quod si quis ultius insisteret, quare non plures quæstiones hic proferamus, nempe ex quibusc tribubus Apostoli electi, item quomodo super [m] XII. thronis dicantur sedere & judicare &c. &c. &c. sciat, nos ea idē siccō pede praterire, ne videamur in hac materia nimis prolixii.

S. XI. Ex dictis itaque, id quod ac ē wāpōs̄ monemus, uniuersique animadvententi manifestum esse debet, quā longè plurimorum nostrorum Episcoporum & Pastorum genius ab illis Apostolis distet, cum tamen apud (n) Hieronymum Apostolorum auidant filii, inō esse cum zelo contendere debeant. O tempora! O mores!

Omnibus in terris, (ut cum (o) poëta loquar) que sunt à Gadibus Auroram, & Gangem, pauci dignoscere possunt usque Vera bona — scil. Apostolorum.

Hac

- (a) Idem Tom. VIII. pag. 156. E. (b) Idem Tom. X. pag. 275. L.
- (c) Idem Tom. VIII. pag. 58. (d) Idem Tom. VI. pag. 17. F.
- (e) Idem Tom. X. pag. 275. L. (f) Idem Tom. X. ibid.
- (g) Idem Tom. II. pag. 123. A. (h) Id. de consens. Evang. Cult.
- (i) Hieronym in Psalm. XLIV. (k) Ignatius in Ep. ad Ephes. §. 1.
- (l) Idem in Epist. ad Philadelph. §. 10.
- (m) Matth. Cap. XIX. ¶. 28. vid. Schütz. Apparat. Bibl. in hunc locum Tom. I. pag. 30. & 305.
- (n) S. Hieronym. in Psal. XLIV.
- (o) Dec. Jun. Juvénal. Satyr. X. ¶. 1, 2, 3.

16 ACTA APOSTOL. SANCT. ILLUSTR. KEG. d. I. p. 2.

Hac de Apostolis dixisse sufficient, sequitur eorum ELE-
CTIO ~~sq. tenui parat~~ quam, ut & reliqua membra hujus di-
sputationis (vid s. 1. & 2. Præmon.) proximè D. V. pertractabili-
mus.

M. Θ. Δ.

Finis Disput. Tertiae.

ANNEXA RESPONDENTIS.

- I. Primum principium est: COGITO, ERGO SUM.
- II. Literarum vinculum, ut arti, quam excolimus, alias jungamus, postular.
- III. Pro & contra disputare, est barbarum.
- IV. In ful. Cesar. Commentar. de bello Gallico Lib. VII. Cap. XXII. ante hec verba; Singulari militum nostrorum virtuti &c. non est lacuna.

J. CNOBELIUS.

Per Anagramma

CEU NOBILIS.

NObile nomen habes: CEU NOBILIS ecce vocaris!

Perlege, si dubitas, hoc anagramma tuum.

Nobilitat nuncquam celebrari sanguine priscō:

Est VIRTUTIS opus nobilitatis honos.

Arduus est ad eam, longusque per aspera tractus,

Quem qui percurrit, nobile nomen habet,

Quare, dum clarā, Cnobel, VIRTUTE coruscas,

Hacte nō melius nobilitare potest.

Stemmata quid profunt? Nihil: unica solaque. VIRTUS

Largitur veras nobilitatis opes.

Gratulor ergo tibi tantæ VIRTUTIS honores.

Littera quæqua canat: nobile nomen erit,

Ita deproperabat gratulans

PRÆSES

J. C. S.

7e 2511

ULB Halle
002 379 813

3



7e 2511

VDCH VD18



Farbkarte #13



DISPUTATIO TERTIA,
ACTA
S. APOSTOLORVM
EX Scriptoribus antiquis,
SACRO-PROFANIS, MAXIME EX PA-
TRIBUS ECCLESIASTICIS ET AUCTORIBUS
CLASSICIS GRÆCO-ROMANIS
ILLUSTRATA,
JOAN. CASP. SANTOROCCUS,
Profess. Ordin. Antiquit. Græco-Romanarum, Pa-
dagogearch, & h. t. Facult. suæ Decan.
P R A E S E S.
ET
JOANNES KNOBEL,
Eschwega-Haffus.
RESPONDENS.
Publica & placida Dnn. Commilit. disquisitioni h. l.s.
ad diem 16. Decembr. MDCCXII.
subjiciunt.
MARBURGI CATTORUM,
Typis JOANNIS KURSNERI, Acad. Typogr.